1193.

Theophilo Sigefrido Bayero

V. Amplissimo. S. P. D.

Franciscus Josephus Hahn

Quam benigno et in personam meam tenuem, et literas meas valde exiguas feraris affectu Vir Amplissime tam ex Tuo in describendo Codice argenteo Ulfilae favore, quam humanissimis iisce Tuis literis abunde perspexi. Gratulor mihi, inire me posse commercium literarium cum Viro hujusmodi, quem et doctissima scripta, et recondita eruditio celebrem satis reddiderunt in orbe erudito, à quo addiscendi quidpiam inter magnam colloco partem meae felicitatis. Inscriptionem Tuljatae S. Stephani multo sane et Steganographico magis enti labore in eo adhuc tamen felicior, quod inscriptionem similem contextu satis amplam reperirim Tui in vetustiori quadam Membrana à me simul in aere exhibendam. Singularia pariter sunt apud nos hujusmodi Studia, nec tantos, quantos existimasti reperiunt fautores sed admiratores tantum, quoniam unica Studia vel ad publica vel ad privata negotia alia extenduntur. Fragmentum Gothicum in Hickesio extare probe admodum scio, et quantum recordor Vulcanius jam specimen simile dedit in publicum; Illud quod mihi transmisisti Schema simile in plurimis Inscriptioni quam ex Lapidis seu gemmae potius Imhofianae Ectypo mihi communicavit Amplissimus Goldbachius, cujusmodi literas videre pariter licet in statuis nonnullis apud Montfauconium in antiquitatibus Romanis Volaterranum ad principium lib. 33 et Tenzelium schemate integro à famoso Magliabecho sibi transmisso ad mense Jun: 1698 Tabulam insuper Eugubinam operi Gruteriano pag 1463 inserto et à Reinesio L. 3. var: lection: cap 16. p. 587 recensitam. Bernardinus Baldus abbas Guastallensis in Tabulam aeneam Eugubinam de lingua Hetrusca veteri divinationem perscripsit

Augustæ vindel: 1613 in 4 impressam quilibetq Alphabetū Etruscum sibi Ebraic
dextra in sinistram tendens à Comite Gabriele gabrielio Eugubino evulgatu
latinis characteribus explanatum tabula ænea et versione interlineari ex
Existimat memoratq Baldus omnia fere etrusca vocabula chaldaicam hebraic
habere originem, quod ex nominibus locorum hominumq facile sit cognosc
Characteres Latinos putat, sed inversos; Commendatur Baldus hic à Nicio ipsum
Etruscam veterem esse assecutum, cum econtra Martinus Schookius in fabula Hame
& part 3 c. 4 complura levitate innuti arbitretur et Thomas Bangius in cælo Orien
Exercit: 2. pag 130 conjecturam d. tabulæ potius velutam quam eandem explicatam commen
Non prætereundus hic quamvis Scriptor nimium audax Scrieckius in libris Originum
ticarum. Morhofius in erudito tractatu de lingua Germanica cap. 2. et Dion. Ha
carnasseo probat Etruscos barbaris semper [illegible] posteris celtarum Scytharumq fuisse ævi
Imo postelbusin suis Etruriæ originibus Etruscos suas à Celtis desumpsisse literas a
Ithor est, Stiernhielmus porro et Morhof d. c. j. p. 15 antiquas Etruscas vocesq
supersunt ex lingua Aboriginum Scythicas esse traduat qua pariter fuit opinio Lud
vici Praschii in Diss: de origine germanica latinæ linguæ. Reinesius de lingua
Punicâ n. 15 et 16 voces Tuscas quas Oscas et volscas adjungere potes à Syris de
vat Scaliger vero Tuscorum linguam Aramæam esse jamdudum sensit, Cujus
tamen Contrarium Bochartus in sua Geographia sacra c. 33. p. 645 demon-
strat; Sane Orientalem morē à dextra scribendi ad sinistram reperire non lic
in fragmentis Etruscis ab Inghiramo impostore editis quod supposititiis arg
tum in suis animadversionibus pag 86 et 87. Judicavit Leo Allatius Miram certe ipse
ribus reperimus concordiam convenientiamq cum literis antiquis hunno Scythe
quarum fragmenta nobis dedit in originibus Hungaricis franciscus Otrokotsk
integrū vero Alphabetū cū monumentis alijs plenius exhibuit Doctiss. Beli
in Diatribe de literatura vet: Hunno-Scythica; Firmatur ex iis conjectura
mea inscriptionem tuam Celticam esse ad antiquam Etruscā et Hunnoscythicam
binas quasi filias matris Celtica quam proxime accedere, licet nonnulla ignio
lingua lacinia in eadē reperiant. Hæc sunt quæ festinans indicare tibi volui de
lingua Etrusca veteri ex penu mea valde tenui amplissima tuæ eruditioni

hil addendo. Eo jamdudum se plura verterunt eruditorum desideria, ut et sepulta pridem
isthac lingua exemplo Runicae veteris aliarumque, unum habeat emendatum, paribus
Atlanti huic humeris, quemadmodum Tu aut doctissimus Crozius, ardorem hunc
Eruditorum possetis restinguere. Origines tuas Pannonicas conspicere brevi exopta
rem, in quibus pro summa Tua eruditione nil nisi eruditi omnes nos exspectamus.
Reciprocis hisce literarum officiis Tibi mea deferre volui obsequia, quo si apud
Te in studiis hisce non Lunaticis modo ut erronee autumant nonnulli sed maxime
ad omnem philologiam necessariis, paratum et fuventem reperiant animum,
ingratius erit mihi, quo majori teneor fervore, ut eadem oblata mihi occasione qua
libet sincero Tibi verique effectu valeam demonstrare. Vale. Viennae III. Non.
Decemb. CIƆ IƆCCXXIV.

Insertas ad D. Fratrem literas illico transmisi per famulum

2402 v

Viro Amplissimo
Clarissimoq. Theophilo
Sigefrido Bayero &c.

Regiomonti